

bus pietatis templa hodie metiuntur,
 cum diu sit, quòd in Septentrione piæ
 mentes hæc supergressæ sint crepun-
 dia, & plus se apud Deum proficere in-
 tellexerint unò desiderio, quod cor
 emisit, quàm Personati alii verborum
 centuriis, quas docta volubilitatem
 lingua evoluit, dum animus, nescio
 ubi, peregrinatur. Ita pius animò Re-
 ligionis Patriæ observantissimus vixit,
 & inter tot, quas adiit gentes, cum
 singulæ in suas scinderentur partes,
 non nisi unam esse veritatem memi-
 nit; sæpèqve tentatus, nullâ humani-
 tate, licet vel maximâ, quâ nunc ut
 visco utuntur, cui incautos artibus
 suis implicent, ex quo comperiendo
 didicerunt fidiculis & tormentis ter-
 reri non allici prædam, quam appe-
 tunt